

A F. I.  
DECAS

242  
R

# THESIVM THEO- LOGICARVM SELECTARVM,

Quam

Approbante Veneranda Facultate Theologica in Regia ad  
Auram Academia,

Sub MODERAMINE

Suum Reverendi atque Celeberrimi

## DN. DOCT. ANDREAE BERGII,

Sacrae Theol. Profess. Primar. & Archi. Praepos.  
Aboënsi.

Publico Bonorum examini submittit  
Avtor

DANIEL IDMAN.

Satavundensis.

Ad Diem D. V. XXI. April. in Aud. Maximo  
Anno MDCCXLIV.

---

ABOAE,

Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.



HELSINGIN  
YLIOPISTON  
KIRJASTO





I. N. f.

Ib. I.

**M**ajestatis, sive summi imperii, origo, bene omnino a DEO deriuatur; quia res publicae, ad humani generis conseruationem necessariae, sine summo imperio sibi non constant. Hinc imperiorum introductio, seu rerum publicarum constitutio recte pro diuino habetur instituto, quemadmodum a Paulo Rom. XIII, 2. propter summi Numinis concursum, directionem & approbationem, in Iesu Christi dictayi, Dei ordinatio, appellatur. Nullum tamen praesidium ex his accedit in ueteratae isti de *immediata* a DEO majestatis origine, opinioni (\*); quae, vel ex arcanis dominationis; vel ex praepostero venerationis in imperantes studio; vel ex male intelle&is Saecula Scripturæ dictis & exemplis, subnata esse videtur.

(\*) Etenim, in vet. Testamento quibusdam immediate collatum fuisset imperium, legimus, ut Mosis, Exod. III, 10. Iosuæ, Numer. XXVII, 18. Deuter. III, 28. Immo & Saulis & Davidis exempla buc pertinente

1. Sam. IX, 15 & XVI, 12. verum haec fuere extraordinaria, quae hunc loci in censum non veniunt.

Tb. II.

**G**rauiter errant *Fanatics*, cum veteriores tum re-centiores qui contendere non verecundantur, magistratum politicum esse effectum irae DEI, & non necessarium in regno gratiae Christi, adeoque abolendum esse & abrogandum. Sed euangelium non tollere politiam, plurimis Sacrae Scripturae testimoniis comprobatum est. conf. *Esa.* XLIX, 23. *Job.* XIX, 11. *Tir.* III, 1.

Tb. III.

**S**ummi imperii constitutio vocatur quidem *I.* Pet. II, 13. *ad operum utricic, humana creatura,* (\*) non, quod Diuini Nominis concursum, directionem & approbationem excludat, conf. *Prou.* VIII, 15. *Dan.* IV, 32. *Sap.* VI 4. Sed, quia in rerum publicarum structura, cuncta pactis seu conventionibus atque decretis hominum peragi, deprehendimus, DEO tamen, ut modo diximus, dirigente & approbante.

(\*) *Bene Danica versio explicat:* al. menniskelig for-  
ordning / eller stæbning / det er øfrighed / som er stæbt  
eller forordnet af GUD ved mennisker. JO.  
REINH. HEDINGER, in den Anmerkungen und  
Nützlichwendungen über das neue Testament b. I.  
bano

banc dat paraphrasin: Så wird die Obrigkeit genen-  
net, scil. humana creatura, da sie sonst ihren Amt  
nach eine göttliche ordnung ist/ Rdm. 13 / 1 / 2.  
theils in ansehung der Personen/ die men-  
schen sind; theils der WAHL und anderer WEG.  
SE/ dieselbe zu ordnen und einzusetzen; theils der  
ART des regierens/ welche durch menschliche form  
und G:sc̄he verwaltet Wird.

Tb. IV.

**M**inisterium Ecclesiasticum est peculiaris ordo  
atque status, in ecclesia necessarius, Rom. X, 14.  
Epb. IV. 11. 15. & a Christo institutus Matb. XXVIII,  
18. 19. 20. Marc. XVI 15. Proinde impia est Fanaticorum  
criminatio, qua illud ordinis Babelici & Seruituræ Ä-  
gyptiacæ coniunctio proscindunt. Illa autem requisita,  
quae in quovis ministro Euangelico dari debere,  
contendunt, vero destituuntur fundamento, scilicet;  
1:o Ut vocatio & missio illius sit divina imme-  
diata.

Resp. Mediatam vocationem aequa diuinata esse  
constat ex Act. XX, 28. I. Tim. IV, 14. Tit. I, 5.

2:o Ut interna sanctitate & vitae pietate sit  
praeditus.

Resp. Vtique Deus illam suis in ministris requi-  
rit, omnesque boni optant, ut pietatis & sanctita-  
tis non fucatae sint studiosi; sed juxta negari ne-  
quit, quia Christus omni modo, sine pretextu, sine ver-  
itate, praedicetur, Phil. I, 18.

3:o *Vt liber sit & immunis ab omni externa obligatione, ad formam doctrinae & constitutiones ecclesiasticas, ab hominibus præscriptas; sibique licet, pro lubitu, aut ex interno spiritus dictamine, alios docere.*

R: *Talis obligatio non est coactio, sed praecautio, turbulentis ingenii omnem præcludens occasionem priuatis suis opinionibus ecclesiam inquietandi ac turbandi. Et quod ad ordinationes vel sanctiones ecclesiasticas attinet, in quas fanatici inextinguibili flagrant odio, eo ipso aperie produnt, se esse omnis boni ordinis, cuius tamen DEUS ipse auctor est & nullo non tempore amantissimus, I. Cor. XIV, 40. impudentissimos olores. & contra, turpissimae omnia euersturae confusionis indulgentissimos patronos. Mysterium iniquitatis & magisterium ineptiarum fanaticismi in eo latet, ut, omni ordinato externo DEI cultu, quin ipsis diuinitus præscriptis externis gratiae mediis, ordinario ecclesiae ministerio, & quocunque decenti ordine, una cum' vera ex scripturis hausta doctrina, sublati, ab interno, quem jactant spiritu, cuncta impune agere possint.*

4:o *Vt ad munus suum recte obeundum, scriptura sacra non opus habeat, nedum institutione humana, sed immediate a DEO illuminetur.*

R: *Immediata, quae olim obtinuit, reuelatio & illuminatio, jam dudum cessavit, vt proinde necessaria sint studia, doctorum institutio, lectio, & medita-*

7

ditationes, sine quibus adminiculis Theologiae habitus hodie acquiri nequit. Posse Spiritum Sanctum, ut oīm, ita quoque hodie, immediate, hoc est, sine externis mediis efficere Theologos, nemo nostrum vñquam iuit inficias; sed a posse, ad velle hoc facere, non valet consequentia. Largimur, Theologiam donum & effectum Spiritus Sancti esse & ab illius gratia dependere, quia lumine verbi quod Theologiae cultor tractat, intellectum illuminat, ut capere possit, quae sunt Spiritus DEI, homini ψυχικῶς per se imperceptibilia, *I. Cor. II. 14.* Dat DEUS Spiritum Sanctum se potentibus, at, non in illo, quem nos fingimus, sed in suo, quem ipse posuit, ordine. (\*)

(\*) *Vid. SAM. SCHELGUIGIUS*, in Syn. Contr. Art. XXVIII. *VALEN. ERNST. LOSSCHERUS* in dem Vollst. Timoth. Verino, p. I. C. IV. & *FRANC. ALB. AEPINVS*, in Mat. Fan Rec. Comp. C. XV.

*Ib. V.*

**P**Er Semen serpentis *Gen. III. 15.* non satis comode intelligitur peccatum, & prava concupiscentia (\*); Sed diabolus cum reliqua sua caterua gehennali.

(\*) *Quis peccatum in Sacra Scriptura talibus laquendi modis describitur, qui non nisi accidentis indicant; binc inhaerere, adhaerere & adiacere, dicitur, Rom. VII. 21. 23. Sunt nonnulli, qui lemen, serpentis,* *de*

de impiis exponunt, quia Semen nonnunquam in scripturis tantumdem significat, ac mentis, morum & vitae similitudinem, ut Isa. LVII, 3. Math. III, 7. XXIII, 33. Sed his alii opponunt b. l. agi de iniuricissima & odio aeterno, quod inter Semen mulieris, & inter diabolum, sed non inter Christum, & impios, quippe quorum serio vult poenitentiam, locum habet.

## Tb; VI.

**A**ργος πρέμειας, Matth. V, 32. non significat rem quamdam, quae foeditate vel aequalis, vel maior sit illico concubitu, ut illis placet, qui in pluribus diuortii causis conquirendis, magno versantur studio, nam euidenter Matth. XIX, 9. sic explicatur ēi μὴ πρέμεια.

## Tb, VII.

**H**omo in Statu gratiae constitutus, ad vitae usque finem in illo perseverare, sibique a peccatis proaereticis & mortalibus cauere atque temperare potest, Rom. VI, 12. I. Pet. I, 5. II. Pet. I, 10. (\*) 1\*) Qui cum SAM. SCHELGUIGIO, in Syn, contra Art. XIII. qu. VI aliisque, contrariam tinentur sententiam, vereor, ut mulier sibi permittant variisque incommode se aliorque exponant, quemadmodum pie ac prudenter monuit JO. FECHTIUS, in Coll. Theol, mic. Cap. de Peccato in gen. & in sp. qu. X.

## Tb, VIII.

Tb. VIII.

Inter alias haeresium ac schismatum causas ,  
saltem occasiones, fuisse factum & immoderatum  
emergendi studium , Ecclesiastici nos condocent annales . Sic relatum legimus de *ARIO*, presbytero  
*Alexandrino* , Sec. IV. haeretico , quod errores  
conceperit atque propalauerit , quoniam ipsi in e-  
piscopatu praelatus fuerit *ALEXANDER* (\*). De *DO-  
NATO* creditur, illum schisma excitaturum non fuis-  
se, nisi *COECILIANS* Diaconus in Episcopum Car-  
thaginem prae illo electus fuisset. Ut de *VA-  
LENTINO*, aliisque nihil nunc dicamus.

(\*) *Nouimus JAC. BANAGIVM*, Histoire de l'Eglise ,  
T. I. p. 80. huius sententiae suo repugnare discurſu.

Tb. IX.

Nqua est quorundam eruditorum in D. *ABRA-  
HAM. CALOVIVM* centura , quod opera sua in  
Biblio Illustratis praestita, coelestes veritates prostitu-  
erit magis quam confirmauerit. (\*)

(\*) *Largimur, CALVOIKM* in hoc opere laudatissimo , *HUGO:  
GROTIUS* opposito, non semper & ubique argumentis apo-  
dicticis , sed nonnunquam probabilibus , *Vet: Testamen-  
ti dicta*, quae *GROTIUS*, pro sua religionis genio, vel  
in alienum propositus sensum detersit , vel typi duntaxat ra-  
tionem in iisdem Messiae reliquit, Christo vindicasse;  
existimamus autem, hoc ipsum *CALVIO* virtus nom-  
debe-

debere, quia non necessarium est Theologo, ut apodicticus semper utatur argumentis, iudice FECHIO, in Syll. disp. I. th. VIII & in Lect. th. in Syll. disp. XXI, §. III.

Ib. X.

**L**icer *Auctor Sapientiae*, Cap. X 7. Lothi uxorem dicitur ψυχης infidelis animae (\*) nomine saluatoris, non tamen de salute hujus feminae desperandum esse, existimamus, quippe, quod ad flagrantibus Sodomas, contra summi Numinis monitum, respexerit, id ab infirmitate potius, quam malitia, factum fuisse, credimus. (\*\*)

(\*) Sic, cum SEBAST. SCHMIDIO vertunt non paucis; Sed, ut nobis videtur, paulo duriuscule, quia amicis non semper infidelitatem vel incredulitatem notat, sed nonnunquam significat vel prauam, seu infirmam fidem, quae a DEO hominibus tribuitur, vel dissidentiam, ut variis exemplis scripturarum probare studuerunt JO CONRAD, SCHWARTZ in Comment. Crit. & phil Ling. Gr Nou. Foed. Diu. ad voc. amicar. & CHRIST. STOCKIUS in Clau. Ling. Sanct. N. T. b. l. Placer igitur uxorem Loti dissidentem potius quam infidelem appellare, prout Danica versio reddit: vanroe siat

(\*\*) Conf. GOTL. WERNSDORFIU disp. de salute hominum ipsis in peccatis morte abreptorum §§. XXVI XXVII.